fidem.ita ut montes tranſferam.charitatem autem nõ
habuero.nihil mihi prodeſt.Charitas patiẽs eſt. beni=
gna eſt.Charitas nõ emulatur.non agit perperam. nõ
inflatur.non eſt ambicioſa.non querit quę ſua ſunt.nõ
irritatur.non cogitat malum.non gaudet ſuper iniqta
te.congaudet autem ueritati. Omnia ſuffert. omnia
credit.omnia ſperat. oĩa ſuſtinet. Charitas nunquã
excidit.& reliq̃.Sine hac charitate ul' caſula. nec ſacer
dos ipſe ad altare adpropinquare debet.nec munus
offerre.nec preces fundere. Vnde ueritas ipſa dicit. Si
offers munus tuum ante altare.& ibi recordatus fue=
ris.quia frater tuus habet aliquid aduerſum te. relin=
que ibi munus tuum ante altare.& uade prius recon=
ciliari fratri tuo.& tunc ueniens offeres munus tuum.
Et item. Cum ſtabitis ad orandum. dimittite ſi quid
habetis aduerſum aliquem. et reliqua. De hoc itaq;
ſpiritali uirtutum indumẽto.apoſtolus ad Coloſenſes
ita ſcripſit.Induite inquit uos ſicut electi dei ſancti &
dilecti uiſcera miſericordię.benignitatem.humilitatẽ.
modeſtiam. patientiam.et cętera.Et de charitatis emi
nentia paulo poſt ſubiunxit dicens. Super omnia aũt
hęc charitatem habentes.q̃d eſt uinculũ perfectionis.

DE SANDALIIS. Ca. XXII.

iNduunt quoq; ſacerdotes pedes Sãdalijs ſiue
ſolijs.quod genus calciamenti euangelica au=
thoritate eis eſt conceſſum.ut Marci euãgeliũ
teſtatur.quia hoc calciamentum myſticam ſignificati=
õem habet.ut pes neq; tectus ſit. neq; nudus ad terrã.
ideſt ut nec occultet̃ euangeliũ. nec terrenis cõmodis
initat̃.Nã ſcriptũ eſt ĩ apoſtolo.Et calciati pedes ĩ p̃pa=
tiõe euãgelij pacis.Sicut enĩ Sãdalia p̱tẽ pedis tegũt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

partem inopertã relinquunt. ita & euangelij doctores partim euangelium operire. partimq; aperire debent. ita uidelicet ut fidelis & deuotus ſufficientem habeat doctrinam. et infidelis & contẽptor non inueniat blaſphemandi materiam. Admonet etiã et nos hoc genus calciamẽti. ut carni noſtrę & corpori in neceſſitatibus conſulamus. nõ in libidinis laſciuiã defluãus. de qbus utriſq; nos diuina lex inſtruit. Scriptũ eſt enim. Carnẽ tuam ne deſpexeris. et item. Carnis curam ne feceritis in concupiſcentijs.

DE PALLIO. Ca. XXIII.

Vper hęc autem omnia ſummo pontifici (qui archiepiſcopus uocatur) propter apoſtolicam uicem pallij honor decernitur. quod genus indumenti crucis ſignaculũ purpureo colore exprimit. ut ipſo indutus pontifex a tergo & pectore crucem habeat. ſuaq; mente pie & digne de paſſione redẽptoris cogitet. ac populo pro quo dominũ deprecatur. redẽptionis ſuę ſignaculum demonſtret. Condecet quoq; bene. ut ipſa apoſtolica dignitas apoſtolicũ uirũ faciat. vt plena deuotione. ſano ſermone. & digna operatiõe poſſit dicere cum apoſtolo. Mihi aũt abſit gloriari. niſi in cruce dñi noſtri Hieſu chriſti. per quẽ mihi mũdus crucifixus eſt. & ego mundo. Hęc quęq; de habitu ſacerdotali ad ſenſũ ſcd'm modulũ ingenioli nr̃i breuiter diximus. nõ pręiudicantes his. qui congruentius & dignius de eadẽ re poſſit ſcribere. & plenius diſputare.

DE SACRAMENTIS ECCLESIAE. Ca. XXIIII.

E ſacramentis autẽ quę in eccleſia fiũt. oportet ut ſequens ſermo exponat. atq; declarat ritum ſacerdotalẽ. Sunt autem ſacramenta. Baptiſmũ & Chriſma. Corpus et ſanguis. quę ob id ſacramenta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf